

Aduertencias para

penes se habere dictam Bullā: nam Gregorius. 13. hortatur, ut confessores prædicatam Bullam habeant: Sixtus vero. 5. simili citer dicit quod habeant: atque ita non erit peccatum illam non habere, si in ea non est præceptum.

¶ 3 Est dubium, utrum per clausulanis Bullis Sanctissimae Trinitatis, quam ponit Nauarro capit. 27. nu. 263. vel per Bullam Societatis corrigie Sancti Augustini, confirmatam per Gregorium. 13. vel per Bullam confraternitatis Sanctissimi Sacramenti, vel quamlibet aliam, quibus habetur quod Confessor possit absoluere semel in vita, ab omnibus casibus etiam contentis in Bulla Cœnæ Domini, possit talis Confessor absoluere ab Hæresi, que est primus casus Bullæ Cœnæ Domini.

¶ 4 Aduerte Hæresim esse triplicem. Prima dicitur pure mentalis. Secunda Mixta, scilicet quando aliquod signum ostenditur exterius. Tertia dicitur Hæresis completa[que] est assensus pertinax cum signo exterius expressivo. Modo dico primò, quod ab Hæresi completa, que est assensus pertinax cum signo exterius expressivo, poterat Olim absolu-

tere